

V.
22747.
1/2-3

20767. V.l.e.e.w.f.

T H E S E S

EX

UNIVERSA THEOLOGIA,

QUAS

IN CAESAREO-REGIA

ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA

SCIENTIARUM

UNIVERSITATE VINDOBONENSI

PRO OBTINENDO

DOCTORIS IN SS. THEOLOGIA

GRADU ACADEMICO

PUBLICAE DEFENDENDAS SUSCEPIT

ANDREAS ZHEBASHEK,

PRESBYTER DIOECESIS LABACENSIS, CAESAREO-REGII SUBLIMIORIS PRESBY-
TERORUM EDUCATIONIS AD S. AUGUSTINUM INSTITUTI MEMBRUM.

DIE 14. OCTOBRIS 1847.

V I E N N A E,

TYPIS CONGREGATIONIS MECHITHARISTICAE.



THESES

UNIVERSITAS THEOLOGICA

QUAS

IN CAESAREO-REGIA

ACADEMIA SCIENTIARUM

SCIENTIARUM

UNIVERSITATE VIENNOENSIS

PRO OBTINENDO

DOCTORIS IN SS. THEOLOGIA

GRADU ACADEMICO

PUBLICAE DEFENDENDAS SUSCIPIT

ANDREAS HUBERER



RECHTEN UNIVERSITÄT WIRTSCHAFTS UNIVERSITÄT WIEN
VERGLEICHENDE THEOLOGIE UND KATHOLISCHE THEOLOGIE

VIENNAE

VIENNAE

030051610

Historia Ecclesiastica.

1. Jura Privilegia & Immunitates Regum omni saeculo agnita
atque confirmata conservantur.
2. Errant qui dicunt inter S. Stephanum et S. Cyprianum
de respectu hujusmodi sacrilegia nonquam gestam fuisse de-
fensam. ANTISSIMO

CELSISSIMO

REVERENDISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

DOMINO DOMINO

ANTONIO ALOYSIO WOLFF,

PRINCIPI ET EPISCOPO ECCLESIAE LABACENSIS, SACRAE CAESAREO-
REGIAE ET APOSTOLICAE MAJESTATIS CONSILIARIO

INTIMO ACTUALI.

ETC. ETC.

ANTISTITI PISSIMO

PATRI OPTIMO

MAECENATI MUNIFICENTISSIMO

IN

GRATISSIMAE MENTIS

AC

PROFUNDISSIMAE VENERATIONIS

PERENNE

MONUMENTUM

FILIALI CUM DEVOTIONE

D. D. D.

Ex Historia Ecclesiastica.

1. **Jura Primatus** in **Ecclesia Romana** omni saeculo agnita atque exercita invenimus.
2. **Errant**, qui litem inter **S. Stephanum** et **S. Cyprianum** de rebaptizandis haereticis nunquam gestam fuisse defendunt.
3. **Dominium temporale** in suum territorium a **Romanis Pontificibus** rite et legitimo modo acquisitum fuisse tuemur.
4. **Inquisitionis Officium** a criminationibus adversariorum abunde purgare possumus.
5. **Ingens opinionum diversitas** quoad dogmata christiana, quam hodie in **Protestantium castris** conspicimus, successive enata — in ipsis **Reformatorum saec. XVI.** principiis radicatur.
6. **Thomae Chroeni**, principis et episcopi **Labacensis (1598 — 1630)**, de promovenda per **Carnioliam** doctrina catholica insignia fuere merita.

Ex Jure Ecclesiastico.

1. In **Ecclesia Christi** non solum magisterii et ministerii, sed et regiminis stricte talis potestas datur.
2. **Episcopi** ordinariam propriamque potestatem regendae ecclesiae, quam immediate a **Deo** habent, cum debita dependentia a **Sede Romana** exercent necesse est.
3. **Ecclesia et Civitas** nonnisi amico foedere junctae omnigenam generi humano procurare possunt prosperitatem.
4. **Civitas** per jus advocatiae non dirigit finem **Ecclesiae**.
5. **Validum est matrimonium**, etsi modus promulgationis §. 72 cod. civ. praescriptus intermissus sit.
6. **Ad matrimonium cum impedimento dirimente initum** rite convalidandum tam impedimenti sublatio quam consensus declaratio requiritur.

Ex Archaeologia Biblica.

1. Idea de necessitate medii peccata expiandi, sacrificiis cruentis Judaeorum maxime expressa, omnem populorum historiam percurrit.
2. Gens Judaica in ipso statu propaedeutico universo tunc temporis orbi maxime proficua evasit.
3. Errant, qui hodie religionem Hebraeorum Pantheismo superstructam fuisse contendunt.
4. Leges Mosaicæ non ad solam legalitatem promovendam faciebant.
5. Immortalitatis animæ sat profunda vestigia in A. F. deprehenduntur.
6. Prophetismus V. T. cum Theocratia hujus instituti intime cohaeret.

Ex Introductione in SS. Libros V. T.

1. Auctoritas divina Librorum V. T. potissimum e testimonio Christi et Apostolorum evincitur.
2. Moysen veri nominis miracula in Aegypto patrasse, sine injuria fidei historicae negari nequit.
3. Theophanias in A. F. occurrentes de persona Messiae explicamus.
4. Dari in Libris V. T. vaticinia Messiana, non sensu accommodatitio sed proprio, strenue defendimus.
5. Psalmus 72 (71) coloribus a laeto regni Salomonis statu depromptis regnum Messianum depingit.
6. Danielis capite IX. tempus adventus Messiae clare indigitatur.

Ex Hermeneutica Biblica.

1. Prima sit interpreti regula: Sequere sensum, quem tenuit et tenet S. Mater Ecclesia.
2. Sanctos Patres rectas interpretationis regulas ignorasse, vel in S. Scriptura exponenda sensum literalem neglexisse, prorsus falsum est.

3. Ad rite interpretandas ss. Literas cognitio usus loquendi classici necessaria, ast non sufficiens est.
4. Christum vel Apostolos accommodatione positivo-dogmatica usos fuisse, jure merito negatur.
5. Decretum Concilii Trtd. Sess. 4 nec libertatem interpretis catholici tollit, nec progressum rei hermeneuticae impedit.
6. In interpretatione locorum s. Codicis, quorum sensum Ecclesia non definivit, analogia fidei est respicienda.

Ex Introductione in SS. Libros N. T.

1. Authentiam Librorum N. F. evincunt testimonia tam orthodoxorum quam haeticorum primorum saeculorum.
2. S. Joannes in exhibenda Christi natura cum reliquis scriptis canonicis optime convenit.
3. Caput VI. Evangelii Joannis de veri et realis Corporis et Sanguinis Christi mysterio agere asserimus.
4. Imaginariae sunt antilogiae, quae contra veritatem resurrectionis Christi ex Evangeliiis proferuntur.
5. Quoad vitam S. Pauli inter ejus Epistolas et Acta Apostolorum nulla intercedit repugnantia.
6. Epistolam S. Jacobi Protestantes praecipue ex dogmaticis causis rejecerunt.

Ex Theologia Dogmatica.

1. Dei personalis existentiam contra Pantheistas defendimus.
2. Sacra Scriptura unica norma credendi esse nequit, sed verbum Ecclesiae catholicae vivum — verum est principium Religionis Christi.
3. Theologia speculativa in dogmate Ecclesiae catholicae jugem normam suspicere debet.
4. Demonstratio scientifica per se fidem supernaturalem producere non valet.
5. Dogmata catholica de justificatione longissime absunt a Semipelagianismo.
6. Matrimonium verum est Novae Legis Sacramentum.

7. In consummatione saeculi integer homo in nova spiritus et corporis synthesi restituetur.

Ex Theologia Morali.

1. Officiorum collisionem subjective sumtam concedimus, objective vero conceptam negamus.
2. Per sanctionem praemii et poenae virtutis dignitati nil derogatur.
3. Dantur opera supererogatoria.
4. Inter objectivam et subjectivam peccati gravitatem notabile saepe intercedit discrimen.
5. Vindicatur et utilitas et sub gravi obligatione horas canonicas persolvendi.
6. Jusjurandum nec rationi nec revelationi repugnat.
7. Mortificationes internae caeteris sunt praefereendae, attamen etiam externae nequaquam negligendae.

Aus der Pastoral-Theologie.

1. Die Rücksichtnahme auf den Geist des Zeitalters trägt viel zur Erreichung des seelsorglichen Zweckes bei.
2. Unsere Zeit fordert, daß die Lehre von der Kirche im Pastoral-Unterrichte auf das sorgfältigste abgehandelt werde.
3. Der Egoismus gehört unter die Gebrechen unserer Zeit, denen der Seelsorger besonders entgegen treten soll.
4. Kein noch so großer Beichtandrang entbindet von der gewissenhaften Verwaltung der sakramentalischen Bußanstalt.
5. Die Religionsverschiedenheit der Ehegatten hat viele wesentliche Nachtheile zur unabwendbaren Folge.
6. Die innigste Ueberzeugung von seiner höhern Sendung soll den katholischen Seelsorger bei allen seinen Berufsgeschäften leiten und beleben.
7. Will der Priester sein Volk heiligen, so heilige er vorerst sich selbst.

ritus

imus,

ti nil

nota-

cano-

atta-

el zur

stforal-

denen

wissen-

entliche

oll den

leiten

erst sich

